

cum quodam feagore quasi arida stipula calcarentur,
de quarum reliquiis emortuis super terram homines
illarum parvum porcis suis pastum prestabant.

Unde multi homines eo tempore eam porcine carnis vitabant.

1345 sept.

Inter hec Wilhelmus comes Hollandie egregie iuventutis
et militaris exercitū viro exercitum in Frisiam ad
subiugandam terram Frisonum producente, eum
comes cum multis militaribus et strenuis pugna-
ribus extitit interfectus. Quo defuncto abque liberis Lo-
dovicus imperator filium suum misit ad partes illas et eun-
dem de comitatibus et dominiis dicti comitis investivit.

1336 aug. 21.

Tunc temporis comes Juliacensis Wilhelmus in so-
lemni curia per dictum Lodovicum imperatorem apud
Frankenfort habita mutato titulo comitatus nomen et insig-
nia marchionis ab ipso imperatore recepit. Comes insuper
Helvie Regnaldus de comitis dignitate ad ducatus fasti-
gium per dictum Lodovicum imperatorem extitit sublimatus.

Interca succedente ^{h)} exipiente potentia dicti Lodovici
imperatoris dudum per ecclesiam condemnati ^{q)} Cle-
mens papa VI, ut ipseius Lodovici vires diminueret, pro-
curavit apud principes Germanie adversarium sibi in

1346 iul. 11.

titulo regni constitui et eligi in regem Romanorum,
filium regis Bohemie, dicto Lodovico adhuc vivente.
Qui quidem superelectus postea dictus fuit Carolus
quartus sicut inferius apparebit. Et ut idem dominus

h) ex succrescente ? q) condemnati cod.

37] Cf. diploma Lodovici, quod tamen non Francofurti, sed in castris
prope Landowe datum est, ap. Lacomblet III, p. 248.